et ceteri ecclesie ministri dicũtur genus electũ regale sacerdocium gens sctã. Ex q̃ sumit alia ratio. Prima deniq; videtur o sumi suasio ex verbis beati Petri in sua canonica prima ca. q̃. Vbi sic loquit ad ipos presbiteros Vos estis genus electũ regale sacerdotiuz. gens sancta. populus acquisitionis vt virtutes annũcietis eiꝰ q̃ vocauit vos in admirabile lumẽ suũ. Ex quibus quidẽ verbis arguit sacerdociũ regnũ et sacerdotes reges appellari Et merito Nam si reges seculares ideo reges dicãtur q̃ ipsi tpalia ac terrena regũt et dirigunt. Racione pocioꝝ sacerdotibus regis nomẽ debet attribui q̃ spũalia et eterna dirigũt et dispẽsant Sz ꝓfecto regũ nomẽ vsurpant sibi nostri tpis sacerdotes penes se concubinas et focarias suas hñtes. cũ ipsos reges ingenuos siue liberos nulliusq; seruituti seu dicioni subiunctos esse oportet. Ipsi aut supradicti miseri et infelices presbiteri. non sui iuris sed alieni vident. cũ ipi subiciant omnino peccati diciõi seu voluntati suarũ nephandarum meretricũ. quarũ volũtate scz et arbitrio se suaq; oia regũt et disponunt. vt ille verius q̃z illi regere et gubernare videãtur Si em iubent aliquid fieri. ipsi necesse habent ad ipsum adimplere Si vero ille quicq̃ fieri ꝓhibent ipi non audẽt cõtradicere Si insup ille gaudẽt et letãtur ipi nitũtur eisdez ꝓgaudere. Que si triſticiã

vel dolorem habuerint vel etiam simulauerint. necesse hñt cõdolere et illas solari totis cõtendũt conatib⁹ Et si ille aduersus eos in iracundiã etiã iniusticiã prurperint. nitunt illi miseri in q̃tum valent eas placare. et vartijs exquisitisq; blaudimẽtis sibi ipsis recõciliari. Et q̃to plus curant hij eisdẽ cõplacere et optima dona p̃mittere. tãtomagis fingũt se in eos iracũdie furorem accendere donec fraudulẽter obtinuerit que antea cupiebãt Et qđ lõge deteri⁹ est ac derisiõe simulq; abusiõe plenũ. qcqđ illi censent habere in tẽpalib⁹ bonis ꝛ p̃cipue quo ad ea que rei familiaris decorẽ et necessitatẽ p̃cernũt. honores insup et gloriã mũdanã. ꝛ p̃sperũ in suis negocijs successuz hec oĩa ex ipsarũ industria puisione seu prouidencia ipsi miseri tanq̃ lumine discretionis priuati seipsos credunt possidere. ymmo et corporis sospitatez seu ipsius conseruanciã sanitatis ex earũdem opinantur dependere sollercia. Quomodo ergo poterunt tales alios digne regere. ꝛ eisdem vt decet preesse qui tam vilium et miserabilium p̃sonarum seu creaturarum et despectarum meretricum. seipsos seruituti voluntati ac dicioni. miserabiliter subdiderũt Sicut eñ iuxta apostolicum dictum. Vir cũ potestatem non habeat sui corporis sed mulier. cogitet que mũ di sunt et quomõ placere valeat sue vxori. Sic sacerdotes et alij concubinarij qui velut vxores p̃prias. suas tenent concubinas. potestatem sui corporis non habent qui tamẽ aliorum reges esse deberẽt. nec cogitãt que dei sunt sed quomodo eisdem cõcubinis placere valebũt et tamen ipsi cũ dei et hominum mediatores existant. solum deberent cogitare. quomodo possent deo placere vt ipsi merereñtur aliorũ ydonei p̃catores ꝛ mediatores existere Et cum tales etiam constituti sunt aliorum defensores. fidei xp̃iane milites. arma debent non carnalia sed spiritualia portare In supradicta autoritate p̃sbiteri et alij altaris ministri. gens sancta nuncupãtur. Quapropter curare debẽt vt sanctitatem et mũdiciam tam carnis q̃ mẽtis habere valeant. nõ solum nomine. sed re sanctitatis nomen eis merito adaptetur. ¶ Habent insup ijdem p̃sbiteri vt tangitur in predicta auctoritate virtutes deo annunciaret ꝛ ob hoc necessariũ est vt ipsi prius virtutum plenitudinem in se contineant. Quõ eñ poterint castitatem ꝛ ceteris domini virtutes eructare. qui lu

bricitatis et aliorū malorum ope
rum in se phibentur cōtinere co-
mitiuam. ¶ Tales pfecto digni
sunt vt diuinas laudes et domi
ni virtutes denuncient. testante
pphetā Dauid psal. xlix. cū dicit
Peccatori aūt ōt deus Quare tu
enarras iusticias meas et assu-
mis testamentū meū pos tuū.

Alia ratio sumpta ex apocalipsi de cingulo albo et tonsura sacerdotali.

Efert preterea beatus
r Johānes euangelista
in sua apoca. iiij. ca. q
vidit hominem precinctum ad
mamillas. zona aurea similem
filio hominis. Per hunc autem
filium hominis quilibet xpi mi-
nister et vicarius intelligitur qui
zona aurea. id est virtute conti-
nencie precingi debet. In cuius rei
signū cum ad sancta sanctorum
intrare volumus. lūbos nostros
cingulo astringimus. ad design-
nandum cōtinenciam et castita
tem qua non solum corporis sed
etiam secrecioza mētis nostre cō
stringere debemus. ¶ Ad design-
nandum etiam eandem cōtinē-
cie virtutem qua noue legis sa-
cerdotes debent exornari. Inter
cetera sacerdotalia indumenta
quibus ad sacrificandū dño illi
adornant. lineā tunicā accipiūt
que vsq; ad terrā ptendit et apō
nos alba nūcupatur. p quā pti-
nencie vtus assignari videt. Per
albedinē nāq; a qua ipsa linea tu
nica. albe nomē assumpsit. cōti-
nenciam et mundiciā tam men-
tis q̄ corporis. qua anima hu-
mana cādescere seu albescere phi
betur. recte et racionabiliter intel
ligimus. Hac aūt linea tunica q̄
alba dicit. hij solū merent indui
qui in vicioz cōflictu de ipsis et
pcipue de cōcupiscencijs carnali
bus victoriā habuerūt Vñ apo.
iij. dicit. Qui vicerit vestiet vesti
mentis albis. qō de victoria carn-
aliū voluptatū intelligitur Et
ideo qui se ab eisdem inpugnari
et vinci pmittūt. sacerdotali ve-
ste que alba dicit in ipso altaris
ministerio abutūtur Fuerūt aūt
supradicta dno sacerdotalia or-
namēta. cingulū sz et alba in ve
teri lege sacerdotibus et leuitis a
dño deputata. Vt patet. exodi.
xxviij. et sequenti capitulo. Vbi
iubet dñs filijs Aaron qui vete-
ris testamenti sacerdocium exer
cebant. indui lineis indumentis
vel vestimentis. et precingi bal-
teo ad mamillas. denotans per
ipsas albas vestes. mundiciam
corporis exteriorem. Et per bal-
teum. mentis designans casti-
tatem et continenciam interio-
rem. ¶ Dicunt insuper

et asserunt quidã et bene cõgrue per tonsurã quã ipsi p̃sbiteri et alij altaris ministri deferũt castitatem seu mundiciã designari ¶ Tonsura enim nihil aliud est. cũ rasura quedã ⁊ abscisio capillor in summitate. que primit⁹ in veteri testamẽto fuit p quosdã nazareos miro ducta in signũ premisse ptinentie Abscisis nãq; superfluitatib⁹ capillor in summitate capitis. denotat q̃ a supiori pte anime que est ratio. supfluas et immũdas cogitaciões expellere et abscindere debemus.

Sequũtur auctori

tates et ratiões sumpte in iure ciuili ad pbandũ intentũ nostrũ.

Onsequẽter trãseam⁹ c ad auctoritates et rationes sumptas ex altero iurium positorũ ad demonstrandũ q̃ viri ecclesiastici et p̃cipue presbiteri et alij in ordinibus sacris pstituti. ad ptinenciã et mundiciã seruandã constringunt. Primo a ciuili tanq̃ a vetustiori inchoãtes Justinianus nãq; xpianissim⁹ imperator qui ciuilũ legum edicioni operã dedit efficacem. ne dũ seculariũ hominũ vitas puidere cupiens. sed etiã circa honestatẽ et mundiciã ministrorũ ecclesie dñi multa pulchre et laudabiliter de castitate ⁊ continencia eorũdem statuit. vt ipsos p hoc ad ipam ptinenciã induceret Primo enim in suo libro qui Codex ỹr Statuit eos qui ecclesiasticã elegerũt pfessiõez castitatẽ obseruare. et omnẽ in cõtinencie notã siue maculã euitare Fugiendo scz suspectarũ mulierũ diffamata cõsorcia Sic inquiẽs text⁹ Quicũq; sacerdotio fulciũtur vel clericat⁹ honore. et tranearũ mulierũ sibi interdicta cõsorcia nõ congnoscant. L. ca. iij. Qui ¶ de episcopis et clericis Prohibet aũt lex illa frẽs carissimi ipsis p̃sbiteris et clericis. suspectaꝝ mulierũ cõsorcia. etiã si eoꝝ ad ipsas nullus sit vel appareat in ordinatus affectus vel amor impudicus. ne saltẽ leui in cõtinencie nota. eorũ vita valeat reprehẽdi Et ne hũ qui odore bone fame debẽt redolere. aliquam suspiciõis maculã q̃ tali psorcio in magnũ cleri scandalũ contrahant. ¶ Porro in libro qui dicit collacionũ vel autenticarũ. In plurib⁹ locis sacerdotib⁹ in hibẽtur suspectarũ mulierũ consorcia. ne castitatẽ ⁊ mundiciã quã ex voto seruare tenẽtur. quouismõ corrũpere siue maculare presumãt. Vñ q̃uis ipsa autẽticaꝝ pmittant cantoribus. lectoribus et alijs clericis in minorib⁹ ordinibus cõstitutis. nupcias cõtra

here legitimas ꝑut etiã ſm canonicas ſanctiões obſeruaꝝ. Verius tñ ſm eadez iura. qui ſacris aſtringũꝝ ordinib⁹ matrimoniũ cõtrahere vel ſecum focarias vel cõcubinas habere nõ licet Vt in autentica de monach. Si quis aũt monachus collatiõe prima Vbi in textu poſito de pmiſſiõe nuptiarũ facta lectorib⁹. cãtoribus et alijs in minorib⁹ ordinibus cõſtitutis. talis ſubiũgitur textus. Alijs aũt oñibus nupcias ſm ſacras relationes interdicim⁹ penit⁹. aut cõcubinas habere. aut luxurijs tradere vitam Alibi aũt ad idem ꝓpoſitũ talis ponitur text⁹. Si quis eſſe ſacerdos deſiderat. debet ei⁹ vita eſſe honeſta inculpabilis. et vndiqz irreprehẽſibilis. et in bonis teſtimoniũ habeat. Et quibuſdam interpoſitis verbis Sequitur in textu Et neqz alij vxorẽ copulat⁹ Si aũt in virginitate degens in principio. aut vxorem quidẽ habens in virginitate et nõ viduaz ſe iunctã viro. neqz concubinam neqz filios aut nepotes autẽtica quo mundo oportet. epi. et le. et ordi. ſacros pmoueri col. i. Et cũ dicit textus. Filios aut nepotes intellige ſm gloſam de hijs qui ſpurij ſunt. i. ex dãpnabili coitu nati Jtẽ in eadẽ autẽtica Gre. Statuim⁹ litteras verſibus neqz autem phibentur in dyaconos vel ſubdiaconos aliqui ordinari ſi vxores habeãt vel cõcubinas. et hoc ꝓpter dignitatẽ vel excellentiaz ſacerdotalis ordinis qui in ſuis miniſtris ꝓtinenciã tam mentis qz corporis cenſeꝝ exigere. ¶ Vñ imperator in pdicto ſue conſtitutiõis reddens rationem dicit ſic text⁹. Nihil in ſacris ſic diligim⁹ ordinibus qꝫ cũ caſtitate viuẽtes. qꝫ ſm diuerſas regulas eſt principiũ reſidue virtutis Ecce igiꝝ cariſſimi frẽs. quõ terrenus et tꝑalis impator. ſacri altaris miniſtros qꝫ celeſtes ac ſpirituales. quo ad eoꝝ vitam et cõuerſaciõem eſſe debent monet et hortaꝝ. inqꝫtum in ſe eſt ad caſtitatem obſeruandã. quam ipe dicit fundamentũ et principium ceterarũ vtutum Quapropter ſi eccleſiaſtici viri ipſarũ virtutum edificiũ habere et cõſecrare deſiderant ꝓut ipſi tenenꝝ. cũ alios debent in bonis operib⁹ edocere Primitus ſtudeãt caſtitatẽ acquirere que tocius edificij virtutum cenſeꝝ eſſe fundamentũ Nã qui ſine fundamẽto debito edificat. ſimilis eſt ei qui ad ventum pulueres portat. Preterea idem imperator. caſtitatẽ ipſam ꝓmẽdans Si inquit text⁹ ſtatuimus Oñes quidẽ ſm qꝫ poſſunt caſtitatem agere. que etiã ſola deo

confiducia de leuo. Statuimus col.iij. Circa que amici dilectissimi diligenter attendite. q si per castitatis virtutem deo anime presentant. hanc maxime inter ceteras virtutes. ecclesiastici viri curare debent adipisci. quibus ne dū suas ꝫ alienas aias ex debito sui officij et sue vocationis. domino conuenit presentare. Sed quō poterunt fornicarij presbiteri. aliorum animas domino presentare. qui ppter suam immūdam et detestabilem vitā aīas proprias eidem presentare minime sufficiunt Ad predicta confirmanda poterit alius textus eiusdem imperatoris non incongrue adduci Jn quo sic ōt text⁹. Clericos ordinari nō pmittim⁹ nisi litteras sciant et rectā fidem habeāt. et neq cōcubinā habēs iuxta predictā sententiā ppter ordinis sacri dignitatem phibetur ordinari. ne indigne scz sanctissima celebret sacramenta. Racionē pocioni si iam pmotus cōcubinam habere pdetur cū eius casus sit grauior q eius qui ad ordinem sacrū nōdū ascendit. ab altaris ministerio velut indign⁹ est repellēdus Postremo ad idez propositum benefacere videtur alia eiusdem autētice littera vbi sic dicit textus. ¶ Presbiteris dyaconis subdiaconis et in clero cōstitutis vxorem habere ꝫm canones interdicimus Etiam nos ꝫm sacrum regularum auctoritatem. mulierem aliquam in domum ppriam supinductam habere prohibemus. Per mulierem autem supinductam focariā seu concubinam recte intelligimus. Vel ꝫm glosaz suppinducta est que sub alicui⁹ officij vel ministerij labore quesito ad alicuius domum pducitur puta pro suenda veste vel pro abluēdis siue desiccandis pannis vel linteaminib⁹. ¶ De supradictis vero auctoritatibus pauca dicta sufficiant. per quas manifeste apparet q ꝫm iuris ciuilis obseruācias. ecclesiasticis viris. focarias vel cōcubinas habere non licet. Nec aliomodo cum immūdis et sordidis meretricibus vitam suam domino deo dedicatam maculare seu denigrare.

Quod sacerdotes

paganorū ꝫm ritum suū castitatem seruare nitebant.

On aūt solum ꝫm leges ciuiles. xp̄ianorum sacerdotes. cōtinentiā seruare iubent. Sed etiā ꝫm ritū et obseruācias infideliū eorūdem sacerdotes. ꝓtinēciā ac mūdiciā obseruare p̄cipiūtur Vñ in thymeo platonis legit Qđ sacerdo

tes sacerdocij ꝓdicti honore apꝰ athenas sepati a cetero populo manebant. ne cõtagione aliqua eorũ castitas polluereť. Pensate igiť frēs in xpo dilecti q ydoloꝝ et simulacroꝝ ministri ppť sui gradus honorē et excellenciã. ab immũdis et illicitis fornicatiõibus seu cogitatiõibus abstinere iussi sũt. Quãtomagis ꝑ sbiteri ceteriq altaris ministri qui summi dei ⁊ omniũ rerũ ꝓditoris cultores sunt ⁊ sacerdotes. debẽt ab omñi voluptuosa cogitatõe ⁊ illibatis cõseruari. et suspectarum mulierũ diffamata ꝓtagia vel cõsorcia q̃tum eis possibile est fugere et cuitare.

Sequũtur auctoritates et rõnes sumpte a iure canonico ad ꝓpositũ nr̃m demõstrãdũ

Aucis aucto (
p ritatibus de ciuili iure
suprapositis ad canonicas sanctiões et sctoꝝ patrum decreta que q̃ deposita materia pliri⁹ et lõge pãplius tractauerũt Cum em̃ ipa materia magis sit canonica q ciuilis. nostrum seculũ trãsferam⁹ Et prio quidẽ sicut ciuilia iura. ecclesiasticis viris. mulieꝝ ꝓsorcia vel cũ eis sub eodẽ tecto morari vetãt Sic etiã ꝑm canonici iuris tradiciões adhuc serius illud idem inhibeť. et hoc ne viroꝝ ecclesiasticoꝝ fama que coꝝ alijs splendere debet. in aliq̃ lesionẽ sine macula paciať. Vñ in capi. de cle. et mu. Ad hoc ꝓpositũ ponit talis text⁹ Null⁹ sacerdos femias ex qb⁹ suspicio esse ꝑt retineat Sed neq has q̃s canones ꝓcedũt. matrez amicã ⁊ sororez Quia instigãte dyabolo. in illis ꝓpetratũ repitur scelus ⁊ in pedissequis earũdẽ Ad qđ videtur ꝓcordare beatus Augusti. qui etiã cũ ꝓpria vxore cõuersari respuebat sic inquiẽs Que cũ sorore mea sunt sororis mee non sunt. c. legiť. lxxxi. di. Si ergo tãtus vir in sctitate et ꝓtinencia ꝓbatissim⁹. ꝓpter hũane carnis fragilitatez cum sorore ꝓpria et alijs mulierib⁹ ꝓuersari nolebat timẽs ne eaꝝ nutibus caperetur vel ei⁹ castitas earũdẽ ꝓuersatiõe polluereť Quãtomagis nos qui tãtã fragilitatẽ ⁊ incõstãciã in nr̃a carne ꝓcipim⁹. impudicarũ mulieꝝ consorcia declinare debem⁹ q̃b⁹ carnalis ꝓmixtio ꝓhibeť. et ꝓtinenciã mẽtis ⁊ corporis sub interẽptõe ꝑpetue dãpnatiõis ꝓcipiť. ¶ Alia tñ reperiunť iura ciuilia et canonica que ecclesiasticis viris permittunt cum quibusdã cõuersari mulieribus scz matre. sorore et amica Quia in illis ꝑsonis naturale fedus nihil sui criminis suspicari per-

mittit. ℒ cū qui. c. de. e. et cle. Inter dixit. xxxij. dist. et. c. volumus in victo. c. seminis. lxxxvi. distin. Per que oīa iura ꝓstat patres matres sorores ⁊ amicos ⁊ auas cū ecclesiasticis viris recte posse cōmorari Qđ etiā intelligi debet si adeo veteres sunt ꝙ de eis nulla posset mala suspicio generari. Nā si iuuenes essēt ⁊ lasciue siue lubricitati dedite. tunc simul remanere cū eis minime pmitterē tur ℭ Et hoc mō debet intelligi p̄dictū capitulū primū de cohi. cle et mu. ℭ Et alia iura que eidē videtur cōcordare. ℭ Aliarū vero feminarū que in aliquo predictor graduū ipsos ecclesiasticos viros nō attingūt cōsorcia seu familiaritates eisdem omnino p̄hibentur. ℭ Ad qđ ꝓbandū conuenienter inducit auctoritas ieronimi sic dicētis textus ℣ hospicio lum tuū aut raro aut nunꝙ mulieres terant. quia non pōt toto corde habitare cū deo. q̄ femina rum accessib⁹ copulat. Femina em̄ secū habitātis cōscientiā excitat. c. hospiciolū. xxxij. di. ℭ Ex hac aūt auctoritate arguit frēs carissimi. Si beatus ieronimus ecclesiasticis viris ꝓpter sue p̄fessiōis honorē et mundiciā suadet ne in sua domicilia mulieres pmittāt introire Quātomagis ex cōsequēti p̄hibere videtur ad eor tactus. oscula vel amplexus seu etiā nepharios cōcubitus accedere ℭ Et si inꝙ nō valeāt iuxta eiusdē auctoritatis sententiā cū deo toto corde habitare q̄ mulierum copulant accessib⁹ Quō poterit sacerdos dīnicum corpus digne cōsecrare et ꝓsecratū manducare si mulierū crebris gaudet amplexib⁹ et earūdem ab hominādis cōmixtionib⁹ gratulatur. ℭ Et si insup iuxta eandem ieronimi sententiā. mulieris secū habitātis. cōscientiā eritat et igne luxurie deflāmat. Quō poterunt fornicarij seu ꝓcubinarij p̄sbiteri. ad diuinū amorem inflāmari vt in diuina caritate valeant p̄ciosissima corporis et sanguinis iesu xp̄i sacramenta digne ac rite cōsecrare qui p sollicitam et cōtinuam suarū ꝓcubinarum conuersacionē ignib⁹ luxurie inordinatis ac voluptuosis affectibus exurunt. ℭ Ad idem ꝓpositū accedit auctoritas beati Grego. posita in ca. Oportet. lxxxi. di. Vbi ipse sic inquit textus Sacerdotes feminis cohabitare cōspicio. qđ nepharium est dicere vel audire et contra sacrorū canonū statuta Vbi em̄ fuerit taliū cōmoranciuz cohabitacio antiqui hostis similiter nō desinit Jdeo admonendi sunt vt non antiqui hostis decipiāt fraude. quatenꝰ

iuxta apostoli vocem nō vitupe
retur ministeriū nostrū. Et sequi
tur Oēs eī oportet nos frēs
ab illicitis abstinere vt mūdas
valeam⁹ ad deū leuare manus.
¶ Scriptū est eī Sancti estote
qm̄ ego sctūs sum dñs deus ve-
ster. Per que quidē verba clare
arguit mulierū p̄uersatiōes fore
periculosam Tūc eī videnť ig-
ni combustibilia ministrari. qm̄
hois aspectui femina p̄sentať.
cū diu fortasse p̄tigerit aliquātu
lum p̄uersari simul. maligno in-
stigāte spū et eo cōcupiscēcie ven
tum ministrare. ipsi illico luxu-
rie flāmis dāpnabiliter exurun-
tur Quapropter p̄sbiteri et cete-
ri altaris ministri qui maxime
in seipsis ignez luxurie extingue
re debent cū ipi caste et p̄tinēter
viuere tenenť. cauere debēt in q̄p-
tum p̄nt periculosas mulierū cō
uersatiōes. Et iuxta p̄dicta Gre.
verba. mūdas manus ad dīm
valeāt leuare ¶ Fugite igit̄ que-
so fugite frēs carissimi omnem
mentis et corporis luxuriā et de
cetero cauete ab ipsarū mulierū
p̄uersatione que q̄ptum piculosa
sit per superiores auctoritates et
ratiōes manifeste ostendit̄ Nec
de preterita castitate sine cōtinē-
cia aliq̄ ex vobis p̄fidant. ¶ Il-
lius sctissimi viri Dauid casum
miserabilē attēdentes. qui nō ex
cōuersatiōe sed mulieris p̄specti
one. in lamētabile adulterij sce-
lus corruit Vidit nāq; p̄ fenestrā
cubicularij sui vxorez. in cui⁹ car
nalem p̄cupiscentiā adeo exarsit
q̄ ipse eius viro mortē dolosē ius
sit inferri. vt eius dē mulieris libe
rius fueretur amplexib⁹ Si igit̄
vir tam sctūs. tāq; deuotus et a
dño dilectus. ex solo mulieris in-
tuitu deuict⁹ fuerit. tāto nos qui
fragiles et instabiles sum⁹ z ad
oia vicia p̄ni et inclinati. ipsarū
mulierū p̄sorcia declinare debe-
mus si debitā et a nobis deo p̄-
missam continenciaz obseruare
voluerimus.

Quedaz obiectio ad p̄dicta cū eius responsiōe.

Ed aduersus ea que
s dicta sunt poterit ali-
quis forsitan tali sua-
sione causari Cū p̄sbiteri debeāt
alios in via mādatoz̄ dei dirige
re z eos in vtuosis operibus in-
struere. In foro quoq; p̄sciencie
quoscūq; sibi subditos cōsulere
non videtur sustineri posse quin
ipi et precipue qui regimē habēt
animaz teneant̄ cū mulieribus
sibi spiritualiter subditis frequē
ter p̄uersari Respōsio per ea que
suprapposita sunt Nō oīs mu
lierū inhibetur cōuersatio Aliqū
eī vt argumentum recte p̄bat.

necesse est presbiteros qui animaꝝ curas hñt: mulieres sibi subditas in hijs que animaꝝ curas pfectum respiciũt. salubriter dirigere. quod sine earũ frequẽtatione seu ꝓuersatiõe minime põt adimplere. Verũtñ cum bona cautela hoc fieri oportet. vt omnis mala suspitiõis nota euitetur ¶ Est aũt hec cautela vt iuxta sanctoꝝ patrũ statuta. semp in colloquijs pbiterorũ et mulierũ. aliquorũ fidelium testium adhibeat presencia Quia vt dt canon Solũ ad solã accedere. nulla religioꝝ ratõ pmittit. c. In oibus. lxxxi. di. ¶ Et in ca. clerici. e. d. Dicit sic textus Clerici vel ꝓtinentes ad viduas vel vgines accedere nõ debẽt nisi exiussu episcopoꝝ vel pbiterorum. et hoc nõ soli faciãt sed cũ clericis vel cũ quibus epũs vel pbiter iusserit ¶ Et sequit nec ipi episcopi vel pbiteri habeant ad ipsas mulieres accessum Sz vbi aũt presentes clerici sunt aut alij graues xpiani.

Si presbiteris et alijs sacratis clericis mulierũ cõsorcia phibeꝛ a forcioꝛi carnale cõmerciũ censeꝛ eis interdictũ.

Igitir eccleſie ministris. feminaꝝ ꝓuersatio sit interdicta ꝓpter fornicatiõis pericula euitãda vt per precedẽtes auctoꝛitates sufficienter pbatũ existit. recte cõcludere possum⁹ q magis ac magis ipsa fornicatõ censeꝛ eis phibita. qõ ꝓ succedẽtes auctoꝛitates declarabit et pbabit. ¶ Et primo per auctoꝛitatẽ gregoꝛ. posita in. c. Añ terrenniũ. xxxi. Vbi sic ꝺt textus Vñ videtur mihi vt a presenti de oibus episcopis dicatur vt nullũ facere subdiaconum pmittãt nisi qui se caste victurũ pmiserit quatenꝰ et pteritа mala que ꝓposito mẽtis non sunt nõ exigant et futura caute caueãtur ¶ Et qui ꝓtinere noluerit ad sacrũ ordinẽ nolumꝰ pmoueri Quia nullus debet ad altaris ministeriũ accedere. nisi cuius castitas ante susceptũ ordinẽ fuit approbata. ¶ Huius aũt dicti ratio subiũgit in sequẽti In quo sic dicit textus. Causa vero huius institutiõis mũdicia fuit sacerdotalis. vt libere cũctus diebꝰ vite sue. quãtõi possent vacare ¶ Et sequitur Si eñ vt ait apostolus ab vxoꝛibus est cessandũ vt expedicius orationi vacemus Ministris itaq altaris quibꝰ quotidiana oꝛandi necessitas incũbit. nunq coniugali officio vacare pmittitur Vnde et beda sup lucam sic ait textus Sacerdotibus vt semper valeant altaribꝰ assistere. a mulieribus merito est

abstinendū quibus semp castitas conseruari precipitur. c. de sacerdo. xxxi. di. Et q̄uis illa auctoritas de solis presbiteris mentionem facere videt. de ceteris tñ in ordinibus sacris constitutis. idem censetur. cum large loquendo et sumendo nomen sacerdotis. dyaconi et etiam subdyaconi includ̄tur Et precipue vbi de materia cōtinēcie iura loquūtur c. Si quis sacerdotum de cho'. cle. et mu. Et ad hoc manifeste facit. c. decreuimus. xxviij. dist. Vbi sic dicit textus. Decreuimus vt hij qui in ordine subdiaconatus vt supra. vxores duxerint aut concubinas habuerint. officio et ecclesiastico bñficio careant. Cū em̄ ipsi templū dei. vasa dñi et sacrariū spūs sancti debeant esse et dici indignū est cubilibus et immundis deseruire. ¶ Ad idem ꝓpositum poterit induci. c. Erubescant. xxxij. di. In quo sic dicit textus Erubescant ymptj et aperte intelligāt iudicio spiritussancti eos qui in reb' sacris ordinibus. presbiteratu. dyaconatu. z subdiaconatu sunt positi. si mulierculas nō obiecerint et caste non viuerint. excludendos ab eorundē graduū dignitate. Precipue autem carissimi frēs decreta sanctoz patrū illos abhorrēt p̄sbiteros. qui publice ac notorie secum focarias vel cōcubinas detinere phibent Quorū quidē officia et missas. quidā patrum audire vetuerunt Vnde nicolaus papa in. c. null'. xxxij. di. sic ait textus Nullus missam audiat presbiteri quem scit concubinam indubitanter habere. aut subinterductam mulierem. ¶ Et illud idem Alexāder papa secundus statuit qđ in sancta synodus approbauit Nō est tamē per hoc senciendū. cū tales formicarij siue cōcubinarij presbiteri quātumcūq; peccatores existāt. verū xp̄i corpus et sanguinē conficiant quin etiā alia ecclesie sacramenta per ipsos velut ministros collata. pfectam habeant roboris firmitatē Vt dū tales p̄ sbiteri videāt se et sua sacrificia cōtempni a populo rubore verecundie confusi. facilius ad penitenciam ꝓuocentur.

Quod certis temporibus anni. Nupcie fieri phibētur A quo sumit alia ratio.

Osset em̄ etiā cōuenie
p ter adduci vna rō sūpta ex illa ordinatione ecclesie ßm quā phibentur sollēnisari matrimōia certis anni tēporibus scz a septuagesima vsq; ad octauā pasce De tpe rogationū vsq; ad octauā pēthecostes.

A prima dñica aduentus inclusiue vsq; ad primã dñicam post epyphãie domini.c. Nõ oportet xxxiij.di. ¶.iij. Qõ ideo sic statutũ fore credim⁹ Quia cũ supra dicta tpa. magne sint auctoritatis ac veneracõis in ecclesia dei. In illis pcipue vacãdũ est oratioñi ad diuinoꝝ cõtemplationẽ a quibus inordinata voluptas carnis q̃p plurimũ elõgat et distrahit. Sic aũt accidit ꝓmunit̃ q̃ illi qui de nouo suis ꝓiugibus matrimonialiter copulantur. in sue cõiunctiõis iniũcijs. circa venereos actus nimiũ et inordinate vacare phibent̃ Et poci⁹ voluptatis saturãde libidinis causa. q̃p sobolis generãde vel ꝓcreã de siue ꝓpagande gracia Quod licet semp sit licitũ. tñ supradictis deuotiõis temporib⁹ que cõtaminari nõ debent illud magis illicitũ arbitramur. ¶ Ex quib⁹ recte ꝓcluditur p̃sbiteros ab illicitis et nephãdis quarũcunq; feminarũ copulis. iugiter et omni tpe abstinere debere. qui singulis diebus iuxta suã vacatiõem deuotis oratiõibus ad diuinoꝝ ꝓtemplatiõem debent intendere Et qõ longe dignius est. eorũdẽ incũbit officio pcipuũ et sacratissimũ corporis et sanguinis celebrare sacramentũ. et etiã reliqua alijs cõferre seu ministrare sacramenta.

Quod occidẽtalis ecclesia castitatẽ deuouit in nicecia synodo Ex q̃ sumit̃ alia rõ.

St insup̃ alia canonica rõ que mihi inter ceteras potissima fore videtur Que sumitur ex hoc q̃ altaris ministri qui in sacris ordinibus cõstituũtur. ex voto sunt astricti ad ipsam cõtinentiã obseruandã. Licet forsitan ꝑm aliquos eoꝝ votũ sit tacitũ. Nam sicut religiosi expresso voto pollicẽtur se castitatem seruaturos. Sic p̃sbiteri. dyaconi. subdiaconi tacita obligari ꝓmissiõe censentur ad ipsius castitatis obseruanciã. et hoc ꝓpter sancte matris ecclesie nostre sollẽnem ordinatiõem. Nã cũ in nicena synodo tractaret̃ questiõis materia de cõtinencia scz obseruanda ab ecclesie ministris vel nõ obseruãda. occidẽtalis ecclesia deo plurimũ deuota. dignitatẽ cõsideràs ac mundiciã sponsi sui sanctissimi. pollicita est se in suis mẽbris omni tpe castitatẽ seruare. c. ix. in ꝓterito. lxxxiij. di. et. c. nicena xxxi. di. Cũ ergo oñes qui ad ordines sacros ꝓmouẽtur sciãt sicut etiã scire dñt in predictã ipsius ecclesie cõstitutionem Ipsi ꝓfecto vidẽtur in sua ordinatõe

se tacite astringere etiã sub debito voti. ad ipsam ꝓtinenciã obseruandã seu tenendã Seruẽt igitur votũ et suũ resoluant ꝓmissum. cũ ad hoc sub intimatione iudicij diuini et necessitate quadã teneãt Quãuis em̃ ab inicio vouere sit volũtarium. tñ ꝓmissum votũ est necessariũ ſoluere. Vñ in psal. lxxv. Vouete et reddite dño deo vestro. Vouete scz de volũtate. et reddite scz de necessitate. ¶ Dic ergo mihi tu qui in sacris es ꝓstitutus ordinibus qui ꝓtinenciã p̃sumptuosa temeritate violare nõ formidas. cum tu scires in tue ordiatõis primordijs. oñes altaris ministros ad ꝓtinentiã obseruandã astringi. Nõne sub eadẽ cõmuni lege. ad eosdẽ ordines ascendisti. vt etiaz eodem ꝓtinencie vinculo quo ceteri ligãtur ordinati. teipsum ligares. ¶ Cur igitur nñc qui manum ad aratrũ misisti. retro respicitis. et te ip̃m iuxta veritatis sententiã indignũ et ineptũ regno dei cõstituis Qõ si forsitan inprudẽter et inpotenciã ꝓtinendi allegas sic et multi allegant. Dic mihi miser et infelix cum tu adhuc liber ante ordinationem tuã te cõtinere nõ posse cognoscebas. cur ad incontinentiã venire cogente te dampnabiliter obligasti. cum tu scieres a tali vinculo abscedere non posse. Dicit em̃ lex ciuilis q̃ ab inicio cuilibz liberũ est contrahere Ita expost facto licitum non est ab ipso cõtractu resilire Serua igitur et diligẽter custodi. corporis et mentis cõtinenciam quã mihi ꝓmisisti Ad quã ꝑm aliquorum sentenciaz magis obligaris q̃ simplex religiosus. Et simplicez eũ dico qui solo religionis ordine ꝛ non voto ad castitatem obligatur Sollemnius enim videt ordinis votum. quia illud fuit sollemnizatũ per institutõem vniuersalis ecclesie in nicena synodo congregate Sed religiõis votũ ideo sollemne dicitur. quia in p̃sentia abbatis vel alterius superioris et aliorum eidem assistencium celebrat Et ꝓcedentibus aũt apparet. occidentalem ecclesiam ab ea que orientalis dicit quo ad obseruanciaz castitatis omnino distingui. ¶ Orientalis em̃ ecclesia in suis ministris continenciam nõ seruat. sed matrimonio pugne. pure ac libere vti potest. Postq̃ tñ eiusdem ecclesie ministri ad ordies sacros sũt ꝓmoti. amplius sibi vxores copulare nõ p̃nt. Sz extũc iã copulatis si non habeant. ad seruandã ꝑpetuam castitatem obligãtur. Qui igitur in illa ecclesia continere non valet si sacrum ordinez

cupit ascendere. prius mittat q̄ ad talem ordinem ascēdat. c. Si quis eorum. xxxvj. dist. (Et facit ad hoc capitulū Cū olim de cle. coniuga. Sed in ecclesia nostra quaz occidentalem appellamus cum et nos occidentales sumus in partibus occidentis scz cōstituti. Nequaq̄ licitum est cuiq̄ clero in sacris ordinibus cōstituto vel antea. cōtracti sibi vsum retinere. cuz altaris ministri ꝑm eiusdē ecclesie constitutiōem. ad castitatem et cōtinentiā sunt obligati Nam post q̄ ipsa occidētalis ecclesia. primitus continentiā in suis ministris seruare precepit. eis qui antea vxores sibi legitimas acceperāt. eorundē fuit carnalis vsus interdictus. c. ministri. lxxxi. di. vbi sic dr Ministri altaris presbiteri. dyaconi. siue subdyaconi. ad diuina tales eligantur officia. qui continentiam seruent Si vero post ordinationem suā altaris ministros cōtigerit ꝓprie vxoris cubile inuadere. sacrariū nō intrent limina. nec altare contingant. nec sacrariū portitores fiant. nec ab offerētib⁹ oratiōes suscipiant. nec ad dñici corpis portiōez accedāt neq̄ ꝓpinēt. nec sine maioris natu auctoritate minora generant officia.

Cause et rationes

q̄b⁹ mota fuit ecclesia occidētalis castitatē et continenciā in suis ministris deuouere. et se vxorib⁹ matrimōialit minie copulare.

On immerito aūt carissimi frēs nostra occidētalis ecclesia in nicena cōsilio voluit et statuit ministros suos castitatem et continenciam seruare z a legitimis vxoribus abstinere Sed ꝓfecto ad sic statuendum. mota fuit rationibus q̄z plurimis. quarum aliq̄ presenti huic pagine inserūtur. ¶ Prima est. quia vt dicitur in capitulo quod ad te. de cle. cōiugatorum aliquis simul voluptatibus vel desideriis carnalib⁹ et diuinis officiis seu ecclesiasticis ministeriis congrue vacare non potest Non enim conuenit bene psaltetiū cum cithara. c. diuersis fallaciis et de cle. coniugatorum Id est non conuenit vita actiua sub qua degunt hij qui vxores habent. cum vita contēplatiua in qua et ꝑm quā viuere debent ecclesiastici viri. (Et secunda ratio sumitur in dicto ca. diuersis fallaciis et ex dictis apostoli Quia vt ibidez dicitur Vir habet excogitare quomodo vxori sue valeat cōplacare Ideoq̄ dei sunt minime potest cogi

tare Ad quod videtur cōcordare illud qđ in euangelio dr Scz q nō potest ꝙs duobus dominis seruire. quia aut vnū cōtemnet. ¶ Tercia causa siue ratio sumit in dicto capitulo diuersis fallacijs Nā cum qui deo dedicatur ꝑm se totum dedicari et aptari oportet Mō cum iuxta apostoli sentenciā Vir corporis sui potestatem nō habeat sed et mulier. sic et ecōtra in potestate viri nō est vt se totum deo valeat dedicare ¶Et inde est q vir vel mulier post matrimonij cōsummationem. nō potest religionē ingredi vel aliquis continenciā obseruare. ¶ Alia insup causa vel ratio habetur in dicto capitulo qđ ad te. Quia ministri altaris nō solum mentis sed etiā corporis mūdiciam habere debēt Mō q̄uis coniugatorum copula sit immunis a peccato se matermonialis tñ honestas cū intentione recta seruet Jpi tñ illā corporis mūdiciam habere nō censēt. quapropter indigni reputātur ad ecclesiastica illa sacramēta ptractāda. qđ et dñs in veteri testamento nobis ostēdit Nā cum osyas rex in die vellet in templo sacerdocij officium exercere sacrificium dño offerre. et incensum adolere circa altare dñi. et a ꝓpheta azaria alijsqz sacerdotib⁹ ipsum presumere phibitus fuisset ipse nihilominus eorundē phibitionem contemnēs. accepit in manus suas turibulū vt adoleret incēsum. et statim orta est lepra in fronte sua ¶Et vsqz ad extremuz vite sue leprosus ꝑmansit Patet igitur ex rationib⁹ predictis quare ecclesie ministris iuxta canonicas sanctiōes matrimonia sūt phibita Qđ si cōiugalis copula eis phibet. q̄tomagis execrabilis et nephāda carnis ꝑmixtio eisdē cēset interdicta. que etiā oibus hoib⁹ interdicit. Sūt et alie plures canōice sanctōes seu ꝓstitutiōes. et auctoritates sctōz patrū p ꝙs posset ꝓueniēter ꝓbari q̄ sacerdotes et alij altaris ministri ꝓtinenciā et mūdiciā seruare tenent. ꝙs breuitatis causa ptrāseo. ¶Et hec de pria pte principali huius tractat⁹ pauca dcā sufficiāt

Sequit secūda ps

principalis huius tractatus in qua prius de speciebus fornicationis tractatur.

¶Ecundam partez principalem huius secundi tractatus aggredi cōuenit Jn qua videre oportet in que et quot peccatorum genera censent incidere presbiteri et alij altaris ministri qui vitam suaz fornicarijs ac libidiosis volup-

tatibus maculare non cessant. Et primo quidē in fornicatiōis crimen incidūt Fornicatiōez aūt appello omnem illicitū concubitum. Cuius plures sunt species preter eam que simplex fornicatio dicit Que est. qñ solutus cū soluta carnaliter ꝓmiscetur. quā ipsi altaris ministri cum sint ordinis vinculo astricti. cōmittere nō valent Sed ipsi in maiorem et grauiorem delicti speciez declinare phibentur Nam et si recte pspicitur in omnes fornicatōis species delabūtur quociens alieni meritrici etiaz solute carnaliter copulātur. ¶ Et vt hoc ipm luculencius appareat. scire oportet ꝙ plures sunt ipsius fornicationis species. et preter eam que simplex appellat Scilicet adulterium. sacrilegiū. stupū. incest' Et peccatū qđ est ꝓtra naturaz. ¶ Et vt euidētius pbari valeat qđ intenditur. de qualibet illarū aliqualē necesse est habere noticiam. Adulteriū ōr maris et femine illicitus ꝓcubitus contra matrimonij fidem damnabiliter p petratus Et qñcz a soluto cum vxorata Aliquādo vero ab vxorato cū soluta Aliquando ab vxorato cū vxorata Et in hijs duobus vltimis casibus culpa geminatur. Quia in primo ē simplciť duplex adulterium Et in secūdo est adulteriū ⁊ sacrilegium cum voti fractione. ¶ Sacrilegium est illicita fornicatio ꝓtra religionis vel ordinis votū dānabiliter cōtracta Vt solutus cū religiosa fornicatōem cōmiserit. que scz p religionis votū est deo dedicata Aut si religiosus cū soluta fornicetur Et idem de pbitero censetur qui p votum ordinis deo dedicatur Qđ si alter eorum sanctimoniali vel alia deo dedicata fornicatus fuerit. duplex sacrilegium ꝓmittitur. Si aūt vxoratus cum religiosa. vel religiosus aut pbiter cū vxorata carnaliter ꝓmiscer'. similiter culpa geminať. qr ibi sacrilegiū cū adulterio interuenit. ¶ Stupū est illicita virginis defloratio Et ōr illicita. qñ preter matrimoniū p petratur Vt si corrupt'. virginē corrūpit tunc virginitatem stuprat Et idem si vir et mulier sīnul suam virginitatem corrupe rint. et qñcz cum hoc genere delicti alterū supradictoz interuenit put ex equalitate psonarum poterit quiscz faciliter ꝓprehendere. ¶ Incestus aūt ōr alicuius ꝓmixtio cū ea que phibetur cum consanguinitatis vel affinitatis grad' Iter q̄s nō licz ꝑm canōi. sanctiones et sctoz patrum decreta parētes vel affines sibi invicē etiaz matrimonialiter ꝓmisceri.

¶ Peccatū vero cōtra naturā ꝺr Cū humana creatura cū alia diuerse specie vel cū alia sibi simili in specie tñ eiusdē sexus nepharie et damnabiliter cōmiscetur Vel cū ꝗs mulierē aliquā cognoscit diuerso ab eo modo qui per naturam ordinatur.

Qō ꝓsbiter fornicarius in oīa supradicta incidit peccata ¶Et primo in sacrilegium adulterium ⁊ stupꝝ

Nomnia supradicta fornicatiōis genera sacerdos fornicādo censetur incidere. Quod primo de adulterio ostendit Nā put superius dictū est quilibet ꝑsbiter spūaliter desponsat et in sponsam assumit sanctā et immaculatā ecclesiā cui ipe sue ordinatiōis prīcipio fidem seruare ꝓmisit Quappter si talem postea cū aliqua quātūcunq; soluta mechari cōtigerit. adulteriū merito censetur ꝓmittere Si em̄ vir cū extranea fornicādo et fidem sue carnalis sponse irritā faciendo. criminis adulterij venus iudicat Quāto magis is paris criminis venus iudicabit qui sue spūalis ꝓiugij et xpi sancte immaculate sponse fidem ꝓmissam ꝑsumptuosa temeritate violare Nā vt ꝺr beat⁹ Jeronim⁹. Sicut sceleſtius est sanctā ecclesiā temerarie destruere ꝙ domū plebeiā Ita sceleſti⁹ est spōsam xpi violare ꝙ spōsaz ꝓrimi. ¶ Videtur etiā talis fornicarius ꝑsbiter criminis sacrilegij obnoxius cēseri Cū em̄ ipse sit deo ꝓ cōtinencie votū solemniter dedicatus ¶Et dicat sicut iā supius ꝺr Templū dñi sacratū spūs sancti Si seipsum a deo ꝓ illicitam carnis copulā auferat. merito ꝺr esse sacrilegus ¶Etiam ßm aliā sacrilegij acceptōez qua quis sacrilegus ꝺr. qui rem sacrā et deo dedicatā. temerarie auferre ꝑsumit. Quia ßm diffinitiōez sacrilegij supraposita manifestū est ßm oīes fornicatiōes. ꝑsbiteros sacrilegos existere. Porro cū ꝑsbiteri dicantur vasa dñi. c. decreuim⁹. xxviij. di. ¶Et si sacrilegus dicat qui insensata et inanimata dñi vasa subripuisse ꝺr vel vincit. merito isti ꝑsbiteri sacrilegi dicētur si vasa sensata et animata seipos scz per illicitā ⁊ dāpnatā fornicatiōem. dño suo auferre ꝑsumant. ¶ poterit etiā ꝑsuaderi fornicarios presbiteros stupꝝ cōmittere Hanc em̄ sacerdotalem dignitatē que ꝙtum in se est incorrupta est et in maculata virgo. deturpant violāt ⁊ maculant et etiā quantū in se est deflorant vident ꝙtum sui ex pte est stupꝝ ꝓmittere et seipos de-

florare siue stuprare Si enī ante ordinis sacri susceptiōem. erant sua virginitate priuati. nihilominus p̄ sancti ordinis sacramentum et infusiōem spūssancti quē in eiusdē susceptiōe sacramēti. firmiter credimus infundi et reinte granter et nō homis coopante spūs sancti gracia p̄ficiūtur Jn maculatā etiā vestē sibi in baptismo collatā. postea per peccatum deperditā. iterū cēsetur accipere. Quapropter rursus suis immūdis fornicatiōibus et venereis amplexib⁹. suā polluerūt vitam. ipsi merito censeri dēnt seipsos defloare siue stuprare.

Oū etiam fornicarius p̄biter incidit in crimen incestus et peccatū p̄tra naturam.

s Ed q̄ tales fornicarij sacerdotes. incest⁹ crimen p̄mittant. tali p̄t suasione censeri Omnes qui regimen habent animarum spiritualem habent cognationem ad suos subditos maxime ad eos quorū per confessionem et penitencie sacramentum. spirituales patres sunt effecti. Dicit enim canon q̄ tanta est spūalis cognatio inter confitentem et eum qui confitetur. sicut inter baptizantem ꝛ baptisatū Vel inter eū qui aliquē de sacro fonte leuauit et eum qui leuatus est. Jnter tales aūt tāta est in tali gradu spiritualis p̄gnatio quāta est carnalis attinencia inter patrem et filium carnalē. Et ideo si forsitā quod absit aliquis p̄sbiter suaz spūalem filiā vel parrochianam carnaliē cōgnouerit grauis sum ma est ei ſm canones pena infligenda. Vnde in. C. oīes. xxx. di. ¶ i. beatus penitēcialem accedat Et sequit talis text⁹ Scriptū est enim q̄ oīes quos in penitēcia accepim⁹. ita nostri sunt filij vt in baptismate susceptī. Quapropter si quis hoc scelus ꝑpetrauerit. non solum dignitatis honorem amittit. verumetiā vsq̄ ad exitum vite. iugo penitēcie subdatur. ¶ Et in capitulo sequenti calixtus papa dicit talez deponendū fore ab omni officio et penitenciā agere debere p̄. xij. annos cōtinue peregrinando. et tūc ea peracta debet in arto monasterio cunctis diebus vite sue omnipotenti deo seruire. ¶ Per que verba recte ꝑcluditur supradictū fornicatōis genus magnū esse et execrabile peccatū cū eidez tam acerba et perpetua pena infligatur Sz quia p̄cedens racio de solis p̄sbiteris qui curā animarū habent videtur intelligi. ¶ Alio suasu cēseri oportet Omnes cuiuscūq̄ status p̄sbiteros

cunctis hominib⁹ et mulieribus quodãmõ spũalis attinẽcie vinculo astringi dicuntur Quia nedum.xij.apostoli ⁊ alij.lxxij.discipuli missi fuerunt ab ipo dño ad predicandũ euangeliũ suum per vniuersum orbem Jn quoꝝ quidẽ. discipuloꝝ loca. pbiteri successerũt sicut episcopi in loca apostoloꝝ Quapropt. et bonis operibus edocere tenentur Et si forsitan nõ verbo pdicatiõis tñ exẽplo bone vite et honeste conuersatiõis. ¶Propter qõ et merito cẽsent cũ oibus quodãmõ spiritualib⁹.necessitudis nexu astrigi Supradicti insup pbiteri q cum suis focarijs seu ꝓcubinis voluptuosaz vitã ducũt in peccatũ illud qõ cõtra naturã dicit corruere vident. Sed ne forsitan auscultãcium vel legenciũ aures aut animi ledantur. Vel etiam aer ipse immundis sermonibus maculet.tacere licet de illoꝝ prebiteroꝝ immũdis et impudicis tactibus ⁊ nephãdis amplexibus quos cum suis sepedictis ꝓcubinis exercere non formidãt Silencio quoq; pretereo nepharios ac inordinatos modos quibus suis meretricib⁹ ꝓmiscentur quos earũdem execrabilis voluptas et petulãtis libidinis immoderatus ardor exquisitis studijs et preter naturalez ordinem adinuenire moliũtur Sz ad aliũ cz litteralẽ sensum pertransiens adducam suasionem Sacerdotalis dignitas ßm suã naturam sancta est et immaculata Cum ergo id qõ naturaliter mundũ est et immaculatũ.abhorrẽdo fugiat id qõ sordidũ est ac immũdũ. Clare liquet q illã sanctã dignitatem.immũdis et sordidis voluptatibus maculare sit contra naturã ei⁹ peccare. ¶Quapropter manifeste concludit tales focarios pbiteros q sic dignitatis sue et sacerdotalis ordis maculant puritatẽ.Peccatũ qõ cõtra naturã &.dãpnabiliter ꝓmittere posset hoc idẽ alio mõ suadere Omnes nãq; ecclesiastici viri q ordis sacri viculo astrigunt ßm iura cano.et ciui.fingũt q̃tũ ad matrimõiales amplex⁹ mortui. mõ qõ mortuũ est naturaliter generare vel generatiõis act⁹ exercere nõ põt quare ꝛc.

Qõ fornicarij prebiteri in piurij voti fracti et mẽtis fidei crimina incidant.

Ed preter illa fornicationis genera de quib⁹ supradictum est videntur ipsi fornicarij prebiteri in alia quaz plura scelera corruere. Jpsi nanq; videntur et periurium.mendacium voti fractiõem

et mentitam fidez incidere Quia vt iam supradictū est ipsi deo et ecclesie sue pmiserūt cōtinenciaz et mundiciā imppetuū seruare. Omnes em̄ q̄ ad sacros ordines pmouent̄. in sua pmotiōe cōtinencie votū facere censent̄ saltez tacitū put quidā dicūt Alijs verius asserentib⁹ q̄ ymmo exp̄sso et solemni voto tales ad ppetuā ptinenciā sunt obligati. Nā vniuersalis occidentalis ecclesia in vna sancta synodo solleniter cōgregata. p oibus suis ministris castitatē ppetuā pfessa est put satis in p̄cedentib⁹ ostendit̄. Sz q̄ expressius et qđ inq̄ sollēnius illa ptinencie pfessiōe que in tot tantorūq̄ patrū presencia sctā legitur fuisse. Aliā insup incurrūt piurij speciem fornicarij sacerdotes et alij maxime illi qui ecclesiastica detinēt bñficia. cū ipsi iurauerunt suis bñficijs in debitis obsequijs deseruire. Et quō poterūt tales bñficia debita pſolue re qui ppter suā immundiciam digni nō sunt sacris astare altaribus. vel alias i diuino cōspectu ministrare. In hos vero qui bñficia in ecclesia dei optinent illos grauior pmit culpa qui regimen hūt aiarū. qui sez tenent̄ sibi subiectū populū in moribus bonis ac virtutib⁹ edocere Quauiter em̄ hoc adimplere valebūt qui seipsos docere nesciūt. quiq̄ virtutes respuūt et p̄m eas opari minime didicerūt. Quō poterit etiā eoz vita suis subditis exemplū bonū p̄bere quos mānifestū est fedis et immundis luxurijs maculari Nā cuiuslibet instructiōis seu p̄dicatōis inicium est bonis operibus ac virtutib⁹ ppriam vitā adornare exemplo dñi nostri iesu ỹpi qui primo cepit facere postea autem docere et predicare.

Qđ presbiteri fornicarij hōicidiū ppetrare dicūt.

Idēt̄ etiā supradicti fornicarij p̄sbiteri in homicidij scelus corruere Ipsi nāq̄ p sua mala opera suas ppias anias in dāpnationem et mortē ppetuā miserabiliter ptrahūt Nā iuxta apostoli sententiā Stipendia pcci mors qđ vtiq̄ de morte aie intelligitur Si igit̄ hij qui corpus occidūt. homicidij rei iudicātur Quāto magis illi qui aiam occidūt in grauioris homicidij reatū incidere dicūtur. ¶ Tāto nanq̄ grauius est occidere aiam q̄ corp⁹ quāto ipa aia corpi p̄ualet Sz q̄ grauius est supradicti miseri p̄sbiteri. nō solū ppias anias sed etiā alioz anias censent̄ occidere. Nā cum ipsi sint et esse de-

beant aliorum exemplū et suorū subditorū et aliorum simpliciū regula ꝑm quā seipsos regulare et conseruare debēt et debeat eor vita quibuscūq; secularibus exemplū et speculum existere Propter quod ethymoloyce ꝑsbiteri quasi ꝓbentes iter dicuntur. Si ipsi distorta vita et polluta calle incedāt multos in ꝓcipicij ruinam secum trahere ꝓhibentur. Dicit em̄ canon Quod a maioribus ꝓmittitur. a subditis facilit er trahitur in exemplū O q̄ igitur ꝓniciosa est ministror ecclesie miserabilis ruina et vita male ꝓposita cui sui auctores ad interitū ꝑpetuum ducere nō sufficit. sed et aliorū plurimor insidiatur saluti. Quapropter in alio canone ꝺr q ipi tot mortib⁹ digni sunt quot per sue male cōuersatiōis exm̄. ad deteriorem vitaz homines attraxerunt.

Oū fornicarij sacerdo. furtū ꝓmittāt et rapinā.

Vilibet manifestū fore videtur supradictos sacerdotes furtū et rapinam cōmittere. cū ipsi patrimonium xpi et pauperū indigenciū bona in malos ac dampnatos vsus dispensent Nā ipsis bonorum eorū ad ministerio sue dispensatio admittit ideo vt victu vestituq; ex eis moderate ꝓceptis et acceptis ipsor residuuz in alimentū pauperū et alios pyos vsus cōuertant Et si quid ex eis in ꝓphanos et illicitos vsus cō uerterint sive expendere ꝑsumpserint. furtū et rapinā iuxta canonicas sanctiōes ꝑpetrare censent Perpendite igitur carissimi frēs nūquid cōcubinarij sacerdotes furtū cōmittant et rapinā q̄ bona ecclesiastica que ver sunt patrimoniū xpi et pauperū in nepharios ac dāpnabiles vsus expendere nō formidāt Ipsi nāq; supradicta bona in suarū meretricum et sordidarū mulierū victum et amictū ꝑdigaliter ꝓsumūt Et qui q̄q; paucis ac moderatis epularū generib⁹ cōtentarētur si earūdem carerent consorcio vt illas in amorē suū impudicū magis allicīāt et ardescere faciant. delicata cibaria ac ꝑciosa vina sibi ꝑparant. Sed et ipsi circa honestū vestiū modū. q̄q; pacientes indigenciam tanq; vere stulti et ignari ꝓ suis supradictis ꝓcubinis adornādis xpi et pauperū suorum bona ꝑdigaliter expendunt. et ꝑut satis rerum magna experiēcia docuit ille misere et infelices que ꝓfecto pane quo vescuntur digne non sunt mediocris panni vestibus cōtentari recusant Et aduersus

eos quos vere seruos pocius q̄ magistros vel dominos appellare deberēt Nā et tristiciā fraudulenter simulant. nec antea reconsiliari dignātur donec p̄ciosas vestes et cariores voderaturas suis optineāt blādicijs. quibus magne et nobiles burgēses et dñe merito deberent cōtentari Liberos insup quos ex suo dāpnabili coitu p̄creāt educare siue enutrire cōuenit. et pauperū suorum expensis et sumptibus de bonis scz que ab ecclesia habuerunt. qui cuz ad discretōis et pubertatis annos deuenerunt. pro suis celebrandis nupcijs facultates proprias omnino exhauriūt Et quod miserabilius est. suorū fructus beneficioz et prouentus trium annorū sequenciū vel plurium p̄ sua honestate seruanda necessitatem habent exponere. Quid plura hic cōmuniter pauperes et indigentes ac bonis temporalibus omnibus priuati. suā miserabilem vitam finiunt. Et quod magis dolendem est animas suas nisi diuina preueniatur misericordia in ppetuam baratri damnationem trāsmittūt Quod si forsitan eos post mortem aliquas pecunias vel aliqd simile habere p̄tigerit. ab eis eadem intentione seruant. vt p̄ remedio animarū suarum in vsus pauperum conuertātur Hee miserere et infelices cōcubine. totū rapiunt et furant. et suos defunctos magistros quos tm̄ in vita diligere accelerate tradunt obliuiōi. Alioscz impudicos amatores. q̄ cito valeant inuenire accipiunt. in quos priorum delectationem. pariterqz bona ab eisdē furata transferāt Infelices igit̄ et miseri merito dicūtur. quia p̄ talia blandimēta ꝛ similiū delectionum seipsos decipi pmittunt et bona ecclesiastica que patrimoniū x̄pi nuncupant. in earū vitam et sustentatiōem inmoderate dispensant O q̄ igitur terribili iudicio voce tales redarguētur in extremo iudicio. cum ille summus paterfamilias villicationis sibi credite. ab eo rationez exiget. qui pauperes x̄pi nudos incedere et fame cōteri ꝓspiciunt. nec cum vllo pietatis modo aduersus eos inclinātur. quos inq̄ clamātes opere deposcēdo p̄cipiunt. Nec cū de eorū bonis que ipsum violēter detinent et male cō sumunt. quicqd etiā eis minimū impartiri volūt. O q̄ duram et terribilem sentenciā sustinebunt si em̄ seculares viri qui patrimonium x̄pi non possidēt. de in misericordia et impietate a dño iudicante. in suo finali iudicio redarguentur. cum dicetur ab illo.

Jte maledicti in ignem eternum
Esurui et nō dedistis mihi mā-
ducare Quātomagis frēs carissi
mi illi redarguēr qui de patri-
monio xpi et bonis pauperū mi
sericordiā facere recusant. et eisdē
paupibus de suis ppriis bonis.
elemosina erogare ptempnunt.
quibus tñ eorundem bonor nō
dñm. sēd administratio sola vi-
deatur fore commissa.

Quod fornicato-
res presbiteri magnū scandalū
in ecclesia generant.

Ales insup cōcubina-
t rū p̄sbiteri magnū scā
dalum in ecclesia gene
rant et toti clero obprobriū et ig
nominiam afferunt Nā ppter
suā detestandā vitā et inhonestā
puersatiōem. omēs cleri in eccle-
sia famulātes contempnūtur et
vilipēdunt adeo q̄ habētur in de
risum omi populo et fabula sūt
cūctis hoibus Q̄ etiā a quibus
dā malis clericis agitur. oib⁹ ec-
clesie ministris generaliter appo
nitur O q̄ graue scandalū gene
rant et magnū inducūt animar
periculū Scandalū in q̄ gene-
rāt in ecclesia dei et ei⁹ ministris
qui ppter hoc scandalizātur et
periculū animarū inducūt sim-
plicibus et subditis quibus eor
vita debet esse exemplū et regula
vitam suam dirigendi. Hūjs em
temporibus vt arbitror licet in
sctā dei ecclesia. plures sunt boni
prelati et episcopi q̄ alij inferio-
res quib⁹ dñici gregis cura com
mittitur. qui moribus vita et sci
encia pollentes. suis totis viribꝫ
conantur sibi subditū populum
in diuinis mādatis instruere tā
per suā bonam et honestam con
uersatiōem q̄ dñici predicatiōes
euāgelij Jdeo cū eor vita despi-
citur. eor predicatio diffamatur
quia mēbra sunt cleri qui vt su-
pradictū est. ppter aliquor vo-
luptuosam et detestabilē vitā. in
se et suis pribus diffamant a cūc
tis hominib⁹ Et ideo licet ßm
euangelij sententiam necesse sit
q̄nq̄ scādala euenire. z tamē ve
illis per quos talia et tāta in ec-
clesia dei eueniunt scandala cum
illis nulla valeant inuenire gra
uiora. Nonne queso maximū est
scandalum. totā dei ecclesiam in
